



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,  
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis  
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,  
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Iustitia Et Iure, Continens Tractatus De Prudentia, Fortitudine, &  
temperantia, de Ieiunio, & Iustitia generaliter sumpta, de Iustitia  
commutativa, nempe de Pactis, & Contractibus in genere, de Promissione,  
& Donatione liberali, de Commodato, & Deposito, de Mutuo, & Vjura, de  
Emptione, & ...

**Castro Palao, Fernando de  
Lugduni, 1669**

XII. Expenduntur alij casus aequae frequentes in quibus vsura intercedere  
potest.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76677](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76677)



PUNCTVM X.

An materia vsura sit, si vi mutui exigas à mutuatario amicitiam, familiaritatem, laudem, iniuriarum remissionem, & alia similia?

- 1 Lucrum ex mutuo tanquam si debitum esset exigendum est ad vsuram.
- 2 Verius est obligari ex mutuo ad signa amicitiae exhibenda vsuram esse.
- 3 Remissio iniuriarum non debita, materia est vsura.

1 **P**osito ad vsuram damnatam necessarium esse vt temporale quod petitur ultra sortem, exigatur tanquam debitum ex iustitia, non quia debitum ex iustitia sit, aut esse possit (hoc enim est possibile) sed quia exigitur tanquam si debitum esset, hoc ut exigatur ex illo titulo, quo debita ex iustitia exiguntur, nimirum ex pacto & conventionione ipsorum contrahentium, tametsi pactum illud & conventio irrita sint & nulla. Superest examinandum quae exigenda sunt vt vsura committatur, quod in sequentibus praestandum est.

2 In praesenti autem dubitamus de amicitia, familiaritate, laude: iniuriarum remissione, & similibus, eo quod haec non videantur pretio aestimabilia, sed gratis & liberaliter sunt. Et quoad amicitiam attinet videtur esse expressa sententia D. Thom. 2. 2. quest. 78. ar. 2. & ibi Bañez in 1. 1. Syluest. verbo vsura. 1. q. 5. Contradi quest. 220. & 221. Ludovic. Lopez, 2. p. cap. 5. §. sine si quiunt. vsuram non esse ob rationem dictam. Sed contrarium verius existimo cum Paul. Layman lib. 3. sum. sect. 5. tract. 4. c. 16. numer. 1. Nam est signa amicitiae, familiaritatis, vrbancitatis, exhibere non sint pretio aestimabilia, at tamen obligatio civilis ea praestanda estimabilis est. Neque placet quod inquit Ioann. de Salas, tract. de vsur. dub. 15. numer. 4. id tantum esse verum, cum horum obligatio absoluta, & illimitata exigatur: Secus si exigatur cum absque cura & molestia, incommodoque mutuatarij praestari possunt, quia etiã hoc modo temperata obligatio pretio videtur estimanda, vt pote quae voluntatem liberam astringit, & obligatio imponit onus probandi sibi incommodo esse, si veit amicitiae, & familiaritatis signa omittere. D. Thom. solum videtur intendere plenamque haec signa amicitiae exigere non esse vsuram, quia non vi mutui, sed ex gratitudine exhibenda petuntur.

3 Quoad remissionem iniuriarum, famaeque restitutionem attinet, si mutuatarius eam remissionem facere abstractus non est, sed agere potest ad satisfactionem iniuriarum, famaeque restitutionem, nequaquam vi mutui obligari potest ad eam remissionem, quia obligaretur ad aliquid praestandum quod pretio aestimari debet. Sicuti ex communi sententia tradunt. Contrad. de contract. quest. 37. conclus. 2. Petr. Nauarr. 3. de restit. cap. 2. sum. r. 386. Mol. tract. 2. disp. ar. 107. Ioann. de Salas, tractat. de vsur. dubitas. 12. Layman dicto cap. 16. numer. 1. Neque obest satisfactionem iniuriarum debitam non esse ante sententiam. Ob quam rationem Sorus, lib. 6. quest. 1. v. 2. paulo post princ. & Nauarr. cap. 17. numer. 13. estimatur non esse vsuram deducere in pactum iniuriarum remissionem, quia nihil videtur repositi. Non inquam obest, quia esto non sit debita proximè, est tamen debita remotè quatenus agere potes, vt tibi ea satisfactio concedatur, ac proinde quamuis satisfactionem immediatè non remittas, remittis ius satisfactionem exigendi, quod pretio aestimare poteris.

PUNCTVM IX.

Num si exigas à mutuatario, vt officium, vel beneficium tibi, vel alteri conferat, remutetur, tuas scholas frequentet, ex tua officina emat, in tuo molendino molat, domumque iusta mercede conducatur, &c. vsuram committas?

- 1 Omittuntur varia Doctorum sententia.
- 2 Si exigas vt pretium mutui vsuram committis, secus si ex gratia.
- 3 Potes nolle mutuari ei qui beneficium simile non praestat, aut praestat non proponit.
- 4 Potes mutuari interim dum alius tuas scholas frequentat.
- 5 vsura est, si mutues sub conditione ne interim gabellas soluas.

1 **I**n varias sententias Doctores circa praedictos casus diuisi sunt, vt referunt Molina tract. 2. disp. 107. & seq. Lessius lib. 2. cap. 20. dub. 8. & 9. Ioann. de Salas tract. de vsur. dubitat. 9. & seq. Layman, lib. 3. sum. sect. 5. tract. 4. cap. 16. numer. 2. Sed illis omiffis.

2 Potes te habere potes in horum exactione, vel illa exigis vt mutui pretium, vel vt gratiam, & retributionem pro beneficio

mutui cõcedendam. Si exigas vt pretium mutui vsuram committis. Nam esto aliqua ex supradictis non sint pretio aestimabilia, vt collatio beneficij, remutatio; alia vero quae pretio aestimantur, qualia sunt mercium venditio, domus conductio, molendini frequentatio, operarum locatio pretio compensentur, molendini frequentatio, operarum locatio pretio non compensantur, sed beneficij mutui tanquam pretio eam obligationem compensentur, quod iniquum est & vsura. At si praedicta non tanquam pretium mutui, sed tanquam gratiam exigas non videtur iniquum vsurarius, cum vbi exigas quod mutuum secum videtur iniquum, tamen est praedicta petitio, & dissuadenda. Sic Mol. Lessius Salas, Rebell. Laym. loc. alleg.

Quapropter potes nolle mutuari, nisi beneficium, aut officium quod idoneis gratis conferatur, vel nisi tibi remutetur, fructum, vel merces alioqui vendendas tibi pro eodem pretio venas; quia tunc solum rem gratuitam & liberalem exigis non in mutui pretium, sed tanquam conditionem quae te exierit ad mutuum conferendum, vel tanquam remunerationem beneficij à te collati, seu conferendi. Nam cum tu non obligeris mutuari, sed mutuum ex liberalitate concedas, optime potes nolle eam liberalitatem praestare nolenti in te liberam esse. Secus esset, si peteres aliquid quod non gratis, sed pretio conferatur, manifestè vsura venis.

Cum vero gratia & fauor, quem occasione mutui recipi debet tractum successuum, vt habet frequentatio tuar scholarum vel officinae poteris mutuari, interim dum mutuatarius cum officium frequentat, tuam scholam adit, quia liberum vbi est terminum mutui soluendi apponere, & in his praecitati Doctores conueniunt.

Hinc decides, An vsuram committas, si mutues principalem tibi gabella non exigatur: Et quidem si vi mutui principem abstrahas vt te à solutione gabellae eximat pro aliquo tempore tamen dubium esse potest te vsuram committente, quia exigis vltimam quod pretio aestimatur. Ad idem est si mutues sub ea conditione, vt interim dum mutuum non soluitur, tu gabellas seu communes impositiones non soluas, captas enim lucrum ex mutuo. Secus esset si terminum mutui soluendi exactionem gabellae constitueres: vt si diceres concedo mutuum interim dum gabella à me non exigitur. Nam in hoc casu non exigis vi mutui liberam à gabella, sed exactione gabellae terminum mutui constituit. Quod si dicas idem esse dum concedo mutuum sub conditione ne solvam gabellam, dum mutuum non soluitur? Negandum est quia in hoc casu ex retentione mutui obligaris me liberum reddere à gabella. Non autem obligaris, cum exactio gabellae terminum mutui soluendi apponit est nam siue reddas mutuum, siue non reddas, nullam iude obligationem contrahis soluendi mutuum, si gabellam à me exegeris. Sic Ioann. de Salas alios referens tract. de vsur. dub. 11. n. 5.

PUNCTVM XII.

Expenduntur alij casus aequè frequentiores, in quibus vsura interdici potest.

- 1 vsura est mutuum sub pacto, vt mutuatarius recipiat partem mutui in debito, & quando ab ea excusatur.
- 2 Mutuum acceptum sub vsuris non potes in alium transserre.
- 3 vsura est mutuum re triticum hoc in loco sub obligatione alibi solvendum, si inde mutuatarius grauetur.
- 4 Idem est si mutues sub obligatione, vt mutuatarius partem debiti in mercibus recipiat, & ibi qualiter ab vsura excusari possit.
- 5 Ad idem est si obliges mutuatarium pro te fiduciosum esse.
- 6 Non est vsura nolle concedere mutuum, nisi mutuatarius pignus, vel fiduciosorem praestet.

1 **P**rimus esse potest, si mutues ea conditione vt mutuatarius mutuum, seu illius partem accipiat in debito quod tibi datus tertius debet? Et quidem si vi mutui cogas mutuatarium obligentiam, & operam exhibere in eo mutuo recuperando, quoniam compenses, vsuram committis, quia vltimam principalem gratiam mutuatario imponis pretio aestimandum. At si veis compensare quanti ea diligentia & debiti recuperatio aestimatur, non video quo pacto vsura sit in eo contractu, nam tu non cogas mutuatarium adeas diligentiam praestandas ex vi mutui, sed iuppedita mutuatarij voluntate de praestandis illis diligentis pro pacto à te oblato mutuum concedis.

Plerumque autem mutuatarius mutuum recipit in debito, neque ad compensationem diligentiarum obligare mutuantem videtur quia facile credit debitum recuperatum. Tum quia si gratum ostendere intendit. Sicuti tradit Mol. tractat. 2. disp. ar. 310. casu 3. & Ioann. de Salas, tractat. de vsur. dubitat. 10. numer. 6.





Secundus est, si mutuum sub vris accepisses, & alius tertius pereret a te mutuum, posses mutuum a te acceptum in ipsum transferre, quia non mutuum sub vris, sed obligationem qua habes reddendi mutuum ubi vris in alterum contententem deriuas. Deinde esto centenis mutuator potes mutuatarium cogere vt vritas soluat, ne ex mutatione detrimendum patiaris soluendo vritas forte alienata Sic Angel. verbo vritas 1. numer. 22. Syluest. eodem. quest. 20. Eman. Saa. verbo mutuum in fine. Mol. disp. 314. circa fin. in Lessius 1. 20. dub. 10. in fine.

Ceterum verus censo te non posse mutuum in alium transferre cum obligatione soluendi vritas, si hac vritas non aequaleant damno, quod ex alienatione pecunie patiens, quodque mutuatario sit manifestum. Nam obligatio in quam habes soluendi tuo mutuatario mutuum sub vris inquis in alterum transferre, nisi transferendo mutuum, quod mutuum tu concedis non qui tibi concessit, cum dominus pecunie mutuae fuerit. At vt mutui non potes aliquid vritas forent exigere, nisi forte vt mutui facturam aliquam patiaris, solutionem vritatum; & illarum obligationem non patris vt mutui dari, sed tecepti. Ergo eam solutionem exigere a tuo mutuatario non potes, nisi forte mutuo cogaris pati tantum damnum, quanti vritas estimatur, eo quod donus minabitur ruinam, merces tibi necessarias carius es empturus, lucrum quod pte manibus habes non comparatur. Nam cessante huiusmodi damno cessat titulus ratione cuius possis tuo mutuatario obligationem vritas soluendi imponere. Atque ita docent Conrad. de contrah. quest. 41. Maior. in 4. diff. 15. q. 9. ar. 7. Nauarr. cap. 17. numer. 233. Ludovic. Lep. 2. p. instrum. cap. 78. quest. 4. Vega verbo vritas. quest. 18. Ioann. de Salas de vrit. dub. 18. in fine.

Terius si mutues triticum hoc loco alibi soluendum: Respondeo vritam esse, si inde mutuatarius grauetur, tunc si nullum grauen patitur: si tunc enim optime potest cum solutionem mutuatarii esse proficitur, & mutuatario non incommodum, cur ergo non poterit ad eam faciendam astringitur relato Mol. tit. de Salas, d. dub. 16. numer. 7.

Quartus si mutues centum, vt mutuatarius partem in mercibus recipiat: Communis est sententia, quam tenet, & sequitur Mol. disp. 310. casu 2. Rebell. 2. p. lib. 3. quest. 4. num. 4. Tolet. lib. 5. cap. 30. Salas dub. 17. numer. 1. vritam esse, quia obligatio mutuatarii ad emptionem sibi non necessarium. Potes tamen in effectu id ipsum prestare, si parenti mutuum nolis concedere offeras tamen merces, quas mutuatarius vt pecuniam, qua indiget, habeat, emat, tamen postmodum eas distracturus sitentiam vt merces iusto pretio vendas, nullam emptionem irrogas mutuatario. Quod vero ipse viliori pretio eas distractat, sibi sineque necessitati imputet, non tibi qui in ea venditione non astruxisti emptionem ad sic vendendum. Sic Mol. Salas loc. cit.

Quintus si deducas in pactum mutui, vt mutuatarius pro te fideiussor existat. Communis est sententia vritam esse: vt docent Salo. 2. 2. quest. 78. ar. 2. conuoi 4. Aragon. dub. 1. casu 2. Mol. disputat. 319. Nauarra. 3. de restitut. cap. 1. dubitat. 4. illat. 3. Gratias lib. 2. cap. 104. numer. 25. quia obligatio, qua fideiussor astringitur soluendi pretio estimatum est. Et licet fideiussorem exigas in eo euentu, in quo non videatur subesse periculum, attamen cum de hinc periculo contractus fideiussoris subiciatur & debitor qui putatur non defecturus saepe deficiat, ea de causa erigi a mutuatario fideiussorem vritam est. Sicuti Arag. Mol. & Petr. Nauarra loc. alleg. docent.

Nolle autem dare mutuum, nisi mutuatarius fideiussorem, pignus, vel hypothecam adhibeat raro est vritas; quia haec non adhibentur in pretium mutui, securitatem rei mutuate, vt resolutio Arg. 2. 2. quest. 78. ar. 2. dubitat. circa fin. Salas dubitat. 11. circa finem. Quod si omnino securus esse de recuperando mutuo, inique haec exigeres, cum deficiat titulus ob quem haec a te conceduntur.

PUNCTUM XIII.

An sit vritas mutuae cum pacto vt eadem pecunia in specie, eadem quantitas mercium soluat, quando creduntur plaris esse valiturae?

- 1. Proponitur dubitandi ratio.
- 2. Si aequo dubium est, an plaris, vel minus sint merces valiturae potest predictum pactum apponi.
- 3. Si autem probabilis est valorem rei mutuate a tempore solutionis augendum exigere potes, vt res mutuate cum eo incremento tibi reddatur, si in illud tempus seruaturus esses.
- 4. Si non seruaturus decreuisti adhuc te posse incrementum exigere affirmare plaris.
- 5. Verus est oppositum.
- 6. Temperant aliqui, nisi liberum fuerit mutuatario restituere tempore incrementi. Sed non admittunt.
- 7. Doctrina data resumitur.
- 8. Vritas est mutuae pecuniam aream sub pacto vt argentea,

- vel aurea reddatur.
- 9. Mutuae sub ea conditione, vt eadem pecunia in valore tibi reddatur, tamen si scias postmodum mutuatandum esse non est vritas.
- 10. Licetum est mutuae vritam verus vt nouum reddatur, cum nouum non est maioris valoris.

EX dictis in hac disp. pun. 1. haec controuersia definita videtur, sibi enim te omnium mutuatarium obligationi mutui satisficere reddendo mutuum eam pecuniae quantitatem, quae in pretio adaequet quantitati pecuniae mutuo acceptae, quia in mutuo pecunatio non videtur vt est eadem tam materiale pecuniae, quam eius a populo firma, & stabilis estimatio. At in mutuo mercium oppositum censimus probabilius, eo quod in ipsis valor carum intrinsecus & naturas praecipue spectetur. Hinc ergo ad praesentem quaestioem videtur dicendum non esse licitum mutuae cum pacto, vt eadem quantitas pecuniae reddatur, cum moraliter certum est plaris valituram esse tempore solutionis, quia vritam exigeres amplius quam dedisti, nisi forte ratione lucri cessantis, aut damni emergentis, si vt quae ad illud tempus eam pecuniam seruaturus esses, aliter conuenitum sit: bene tamen mutuae cum pacto vt eadem merces in eadem quantitate reddatur, tamen probabilius sit plaris esse valiturae.

Ceterum vt in hac quaestione cum distinctione procedamus asserendum est, tempore mutui reddendi aequo incrementum sit valore rei mutuate augendum, vel minuendum optime, posse exigere eandem quantitatem mercurum, eandemque numerum pecuniarum reddendum, quia in hoc contractu nulla est inaequalitas. Sicuti docent Syluest. verbo vritas q. 14. Sotus 6. de iustit. quest. 1. ar. 2. in fine. Nauarr. cap. 17. numer. 219. & 225. Tolet. lib. 5. cap. 34. Mol. disp. 310. in fine. Rebell. 2. p. de oblig. instrum. lib. 8. quest. 8. numer. 1. Lessius lib. 2. cap. 20. dubit. 17. numer. 185. Ioann. de Salas tract. de restitut. dub. 24. n. 1. Layman. lib. 3. sum. sect. 5. tract. 4. cap. 16. numer. 14. & alij, & colligitur ex leg. vritam. ff. de eorum pecuniar. & ex cap. in dimittere, & cap. nauigantium in 2. casu de vritis.

Si autem verosimiliter sit, vel ferè certum rei mutuate valorem, & estimationem moralem augendum esse tempore solutionis, & in illud tempus rem mutuatam seruaturus eras, potes deducere in pactum vt res mutuate cum eo incremento tibi reddatur deducta estimatione laboris, periculi, & sumptus in ea re, vtque ad illud tempus conseruanda. Non enim fenetis occasione mutuatarij pati rerum temporalium iustitiam, sed te seruare potes indemam. Sicuti tradunt Nauarr. d. cap. 17. n. 2. 9. Petr. Nauarra 3. de restitut. 2. p. cap. 2. dub. 5. Mol. Lessius, Rebell. Salas, loc. cit. Obligare autem mutuatarium, ne ante aliquod tempus designatum mutuum restituat, maxime si eo tempore creditur mutuum plaris valiturum, vritam est. Vt aduertunt Mol. disp. 310. §. quando vero. Rebell. d. q. 8. n. 3. Lessius, dubitat. 17. n. 147. Salas de vrit. dub. 24. numer. 3. quia impedire mutuatarium ne a debito obligatione te liberet cum possit graue vnus est, & alium a mutui contractu.

Quare difficultas solum est, cum rem in illud tempus solutioni designatum non decreuisti obseruare, & liberum mutuatarium reliquis; vt ante illud tempus mutuum soluat, an in eo euentu possis eandem mensuram rei mutuate exigere. Affirmant Panormit. cap. in dimittere de vritis numer. 20. Turresemata in cap. si quis clericus 14. quest. 4. numer. 1. Sotus 6. de iustit. quest. 1. ar. 2. ante solut. argument. Nauarr. cap. 17. numer. 225. Tolet. lib. 5. cap. 34. numer. 3. & seq. Salo. 2. 2. quest. 78. ar. 2. controuer. 15. Gratias 1. p. de iust. lib. 2. cap. 104. numer. 21. & 23. Garcia de contrah. 1. p. ap. 7. Lopez 2. p. instrum. confis. ar. 67. & alij. Ductur, qui natura mutui est vt idem quod acceptum est quantum fieri possit reddatur, at idem reddatur, cum eadem quantitas mercurum, & numerus pecuniarum exigitur, ac datus est, tamen extrinseca estimatio aucta fuerit, haec enim est per accidens, & mutuatarij, & non mutuatario prodesse, ac hoc et debet.

Contrariam sententiam nempe vritam esse exigere eundem pecuniarum numerum, & eandem mercurum quantitatem moraliter certum est tempore solutionis valorem augendum esse veriorum, & probabiliorum existimo cum Nauarro sibi contrario dicto cap. 17. numer. 219. Molina disp. 311. §. 111. Lessio lib. 2. cap. 10. dub. 17. numer. 149. Rebell. 2. p. de oblig. instrum. lib. 8. numer. 5. Layman lib. 3. sum. sect. 5. tractat. 4. cap. 16. numer. 14. & 15. Salas pluribus relictis dubitat. 24. de vritis numer. 3. & dubitat. 24. per totum. Probo quoad mutuum in pecunia. Nam cur eius substantia praecipue in estimatione, & valore proueniat e lege communique hominum estimatione consistat, si petis vt tibi reddatur idem numerus pecuniarum in valore auctus amplius petis quam dedisti, comparareque intendis ex mutuo lucrum. Ergo committis vritam. Neque obest te posse mutuatarium astringere vt in eadem materia & forma ac receptis pecuniam mutuatam reddat: nam cum hac obligatione compacti debet, ne plus valoris quam acceptum est reddat, sed ex numero monetae quantum fuerit necessarium ad aequandum valori monetae mutuae, hic enim est praecipue spectandus.

Quod